

# Der Tanz zu Corbey

Autor(en): [s.n.]

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Anzeiger für schweizerische Geschichte und Alterthumskunde = Indicateur d'histoire et d'antiquités suisses**

Band (Jahr): **1 (1855-1860)**

Heft 5-2

PDF erstellt am: **21.09.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-544508>

## **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern. Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

## **Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

### Gleichzeitige Notiz zur Geschichte der Staatsveränderung von Zürich unter R. Brun.

Randglosse einer handschriftlichen ungedruckten Chronik des XIII. Jahrhunderts zu Einsiedeln.

Anno domini M. CCC. L. in vigilia s. Mathye Apostoli Comes Johannes de Habsburg una cum expulsis civibus de Thurego intravit dictam civitatem, animo capiendi dictam civitatem. Sed illis viriliter resistentibus plures sunt occisi ex utraque parte. Tandem pars civitatis victores ex parte praedicti comitis et suorum complicitum alios crurifragio interemerunt, alios per capitalem sententiam plectaverunt, tandem ipsum comitem vinctum secum ad III annum detinuerunt.

### Ueber den sogenannten alten Zürichkrieg.

Randglosse aus der erwähnten handschriftlichen Chronik des XIII. Jahrhunderts.

Anno domini M. CCCC. XXXVI. obiit in vigilia Maii generosus dominus Fridericus Comes de Toggenburg ultimus istius propaginis. Post cuius obitum multa evenerunt huius provinciae incommoda, scilicet Anno domini etc. Thuricenses perdiderunt feria sexta post Urbani in monte etzel XI viros. Item Anno domini XLI rex Fridericus, domus austriacae, confoederati sunt cum Thuricen. et eodem Anno feria 4. post pancratii in Frienbach ceciderunt XLII duo viri. Postea sequenti feria 6. ceciderunt in horgen CLXXX et multi de suitia. Item eodem anno in die M. Magdalenae am Silfeld ceciderunt multi ex utraque parte. Item in Basilea de Suitensibus multi sunt occisi, anno domini 1443 (1444).

### Der Tanz zu Corbey.

Eine Sage, die sehr verschiedenartig erzählt wird, aber meistens auf jüngere Zeugnisse sich beruft, wird in der erwähnten Chronik, die bis zum Jahr 1276 reicht, in folgender Weise berichtet:

Anno domini M. XX. in villa Campestri nomine Corbelie Halberstadensis diocesis quidam rusticus nomine Otpertus duxit coream in sancta nocte nativitatis domini in cimitherio infra matutinale officium cum XV viris et tribus mulieribus, quarum una vocabatur Merswind. Et rogati a presbytero ut cessarent iterumque ammoniti ut suis dissolutis cantibus divinum officium non impedirent, nec vellent acquiescere, ipse presbyter nomine Bubertus imprecatus est eis et maledictam congessit dicens: Velit deus propter merita sancti martiris magni, patroni huius ecclesiae nostrae, ut sic incessanter usque ad annum integrum continue corisetis. Quod a Saeculis est inauditum, illi XVIII per annum continue sine cibo et potu absque tectis et sompno, aliis hominibus admirantibus et compatientibus coream duxerunt saltantes in ipso eodem loco et cantantes incessanter, quousque Archiepiscopus Coloniensis, nomine Herbertus misericordia motus venit illuc et ipsos in nomine divino a tali vinculo coreae liberavit. Quibus liberatis quatuor ex ipsis statim mortui sunt, alii refocillati resumserunt vires et egerunt poenitentiam.